Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

superius relato manifestum sit quod et simili modo
videtur vere corporee probitati et ut sanguis nature
a qua vera manifeste propagatur origo / propriis avertere
actibus deservire nobilitati aut vere maioris
cum mihi constat esse conveniens ut ad id semper stu-
deatur studiis operari quod vos respicientibus bonis
bona faciendi semper valeat augmentare propositum
et plena conservari voluntas / Scio enim quod si homo
quisquam in orbe propter fidei puritatem et promptum ser-
viendi propositum vestrum dignus inveniretur promereri
affectum et vestram gratiam aput vos pro suis meritis
impetrare / ego pro omnibus merebor premiis maio-
ribus adiuvari vos autem mihi omnes alias maiorum
electam in dominam preferri potentem / cuius volo semper
obsequiis mancipari / et cuius laude desidero uni-
versa bonifica referre / Vestram autem clementiam
pleno cordis affectu deposco / ut me vestrum spa-
lem hominem reputetis / et ut mea facta totam
vobis mereantur premium invenire quod opto
/ Cui mulier / Nichil in orbe sedet quod me- Responsio mulieris
tam avide desideret animus / ut id evidenter facere
possit quod laudis sit et premio dignum / Et quamvis a
deo proprie fiduciam geram plenariam / quod usque quo
bonum largitum mihi servabit illesum / non studebo
contra facere quod homini sit arguitioni suppositum
/ Malorum aut detractionibus obviare mihi prorsus
videtur impossibile et duxi continere labore quod facit